Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxvj

72

expuerũt in facie eius. et colaphis eũ cecederũt. Alij aũt palmas in faciẽ eius dederũt dicẽtes. Prophetiza nobis xpe. quis est qui te percussit. Petrus uero sedebat foris in atrio. et accessit ad eũ una ancilla dicens. Et tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicẽs. Nescio quid dicis. Exeunte aũt illo ianuã. uidit eũ alia ancilla. Et ait his qui erant ibi. Et hic erat cũ iesu nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto. quia nõ nouit hoiem. Et post pusillũ. accesserũt qui stabãt et dixerũt petro. Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestũ te facit. Tũc cepit detestari et iurare quia nõ nouisset hoiem. Et cõtinuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi iesu quod dixerat priusquã gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane autẽ facto cõsiliũ inierũt omnes principes sacerdotũ et seniores populi aduersus iesum. ut eũ morti tradẽrẽt. Et uinctũ adduxerũt eũ et tradiderũt pontio pylato pãsidi. Tũc uidens iudas qui eũ tradidit quod damnatus esset penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ et senioribus dicens. Peccaui tradẽs sanguẽ iustũ. At illi dixerũt. Quid ad nos tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit. et abiens laqueo se suspendit. Principes autẽ sacerdotũ acceptis argenteis dixerũt. Nõ licet eos mittere in corbanan. quia pretũ sanguinis est. Cõsilio autẽ inito emerũt ex illis agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ. propter hoc uocatus est ager ille achel demach. hoc est ager sanguinis usque in hodiernũ diẽ. Tunc impletũ est quod dictũ est per ieremiam prophetã dicentẽ. Et acceperũt triginta argenteos pretũ a pretiatũ quẽ a pretiauerũt a filijs israel et dederũt eos in agrũ figuli. sicut cõstituit michi dõus. Ihesus autẽ stetit ante presidem. Et interrogauit eũ presides dicẽs. Tu es rex iudeorũ. Dixit ei iesus. Tu dicis. Et cũ accusaretur a principibus sacerdotũ et senioribus nichil rũdit. Tũc dixit illi pylatus. Nõ audis quãta aduersũ te dicũt testimonia. Et nõ rũdit ei ad ullũ ũbũ. ita ut mirarẽtur presides ueheniẽter. In diẽ autẽ sollempni cõsueuerat presides dimittere populo unũ uinctũ quẽ uoluissẽt. Habebat autẽ tũc uinctũ insignẽ qui dicebatur barrabas qui